



[pag. 507.]

## CAPVT XXIII.

DE

DELICTIS FEVDALIBVS, ET  
AD QVEM OB ID DEVOLVATVR  
FEVDVM.

## DISTINCTIO I.

*Inter feloniam a vasallo in domi-  
num, et in extraneum commissam.**Rubrum ex-  
plicatur.*

**F**elonia <sup>1)</sup> a vasallo, secundum commu-  
nem Dd. doctrinam, committitur, vel in do-  
minum

*Feloniae no-  
tio.*

- 1) In sensu generalissimo si feloniae acceptae conce-  
ptum formare velis, erit fidelitas feudalis in casu  
individuali actu praestanda non praestita. Quem-  
cumque igitur cogitaueris ad fidelitatem feudalem  
praestandam obligatum, cogites necesse est, in  
quem cadere potest feloniae notio. At praeterea  
et qualitas officii in casu singulari praestandi, aut  
individui illius, quod fidelitatem actu non praesti-  
tam immediate passum est, et confectariorum ne-  
glectae huius fidelitatis, feloniae diuersas formas in-  
dicat. Qui enim in casu dato singulari ad fideli-  
tatem actu praestandam obligatus quidem, eam  
actu non praestitit, vel neglectae est causa libera  
vel non, et si prius posueris vel culpa vel dolus  
fundamentum imputationis moralis continet, adeo  
vt omnis feloniam sit vel *non libera* vel *libera*, haec-  
que vel *culpofa* vel *dolofa*. Absit credas vel nullam  
feloniam nonliberam sequi posse iuris feudalis amif-  
sionem, vel omnem feloniam liberam iuris feudalis  
priuatione esse puniendam. Sed si ad confectaria  
respexeris, vel feloniam sequitur diminutio patri-  
monii eius, qui feloniae reus est vel non. Si prius  
consideranda venit vel pro diuersitate rationis suffi-  
cientis et istam patrimonii diminutionem fundantis,  
vel eius, quod ob feloniam ex patrimonio feloniae  
rei